



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

56 Regulares adeuntes monasteria Monialium sine Episcopi licentia,
quomodo puniendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

per Sacram Congregationem super eo. cap. 5. ut in §. præsupposita declaratione.

33 Potest etiam ꝑ puella introduci intra claustra Monasterij monialium ad hoc, ut educetur, ibi, etiam absque licentia Ordinarij, quò ad monasteria Regularibus subiecta, obtentis tamen litteris ab ipsa Congregatione, in forma præscripta, non autem ex sola licentia Superiorum Regularium, nec etiam de licentia Ordinarij, & superiorum. ut in eisdem decis. super eo. cap. 5. §. verum puella: nisi aliter in litteris Sacræ Congregationis caveatur, quarum forma est seruanda. Quæ autem puellæ educationis causa in Monasterio sunt, exire possunt, & deinde ad habitum suscipiendum recipi sine aliqua Sacræ Congregationis licentia, ut in eisd. decis. super eod. cap. 5. in princ. & vers. quæ educationis, secus autem, si non ad effectum habitum suscipiendi reingredi iterum educationis causa volunt, quia tunc nova licentia requiritur.

34 Absoluto ꝑ autem tempore educationis, si statim puella non egreditur, nemo insidit in excommunicationem, seu censuras, sed potest Episcopus terminum præstitueri, intra quem eligat puella, utrum velit Monialis effici, aut è Monasterio egredi §. absoluto tempore. ead. decis. moniales verò peritæ ad organum pulsandum non sunt prohibendæ, quin organum in Ecclesia interiori pulsent. Ideò organi concinnatores, ꝑ ac Magistri, cum eorum operanti oportuerit, sunt admittendi eadem ratione, qua cæteri artifices admittuntur. Congreg. Concil. in eisd. decis. super eo. c. 5. §. si qua ex monialibus.

35 Regulares ꝑ adeuntes Monasteria Monialium sine Episc. licentia pœnam ex-

communicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit, absolutionem sibi reseruando, non incidunt, si regulares ab excommunicationibus Ordinariorum suis privilegijs nominatim eximuntur; sed intra claustra degunt iuxta dispositionem cap. 3. de reform. sess. 6 sunt puniendi. ut in eisdem decis. super d. cap. 5. §. an regulares ad-

57 Nullique ꝑ Superiori Religioso, cuiuscunque Religionis, gradus, qualitatis, & dignitatis, existenti, cui Monasterij seu domus cura incumbit, visitare, nec visitatoribus, (confessario ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputantur, dumtaxat exceptis) absque licentia expressa ejusdem Sacræ Congregationis accedere licet, nec ad Monasteria, seu domos quarumcunque monialium, vel sororum sui, seu alterius cuiusvis ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quòd, si aliquando ex mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandum Missas in ipsarum monialium, seu sororum Ecclesijs, seu Oratoris exterioribus, mitti contingat, moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam intra claustra degentes, nullo modo ullove quæsito colore alloqui possunt, Confessarij autem similiter in ædibus Monasterij, vel in Monasterio, seu domo Monialium, aut Sororum Monasterio contigu- is pernoctare, seu pernoctari facere prohibentur, neque extra tempora generalium confessionum (quibus soli Confessario diurnam refectionem accipere vix est permissum, si ejus habitatio, aut viro- rum domus, vel Monasterium, in quo de- git, à monialium, vel Sororum Mona-